

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1812

Auteur(s) : Robert IV Marmion [particulier]

Bénéficiaire(s) : Barbery, Notre-Dame (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : ...1190...

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Robert Marmion [IV] donne à l'abbaye de Barbery 500 livres d'Anjou pour l'absolution de son voyage à Jérusalem et pour construire l'église de l'abbaye, ainsi que ses terres de Checkendon et de Stokes (Oxfordshire) avec leurs dépendances, sauf les services que le chevalier Guillaume et Hugues de Midgham lui doivent pour leurs tènements et excepté deux livres de cire qu'il a données tous les ans aux moines de Dilama (?) et que désormais les moines de Barbery leur donneront. Il fait cette donation en échange d'une rente annuelle de 10 livres sterling, pour le vêtement des moines, prise sur son manoir de Berwick.

Tableau de la tradition

Copies manuscrites

B. Caen, Musée des Beaux-Arts, Fonds Mancel, ms 75, fol. 143.

Éditions principales

a. Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa*, t. XI, Paris, Palmé, 1874, Instrumenta ecclesiae Bajocensis, n° XXIII, col. 88.

Dissertation critique

Transcription : Tamiko Fournier-Fujimoto

Robert Marmion IV fait cette donation « pour l'absolution de son voyage à Jérusalem ». Il s'agit de la troisième croisade à laquelle le roi Richard Ier Cœur de Lion participa en 1190-1192.

Texte établi d'après B

Universis Christi fidelibus ad quos praesens scriptum pervenerit, Robertus de Marmion salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod ego pro salute animae meae et Philipae uxoris meae et omnium antecessorum et successorum meorum et pro absolutione itineris mei Hierosolimitani, donavi Deo et Beatæ Mariæ de Barbereyo et monachis ibidem Deo servientibus, ad ædificandam et construendam ecclesiam quingentas libras Andegavenses. Et præterea pro eadem absolutione dedi eis in puram et perpetuam elemosinam liberam et quietam ab omni servitio, auxilio et scittagio, et ab omni sæculari exactione et ab omnibus ad me vel ad heredes meos pertinentibus penitus absolutam, duas terras meas de Chekendanne et de Estokeys in hominibus, in terris, pratis et nemoribus, cum omnibus pertinentiis suis, salvo mihi et heredibus meis servitio quod Guillelmus . . . miles et Hugo de Migeihan debent mihi pro tenementis quod tenent de me apud Chekendanne et Estokeys, excepto quod ipsi monachi duas libras cereæ annuatim persolvent monachis Dilama (?sic) quas ego pro quadam parte nemoris qua vocatur Amiges singulis annis solvere solebam. Hanc autem donationem feci eis in excambium decem librarum esterlingo annui redditus, quas

ego illis ad eorum vestimenta singulis annis invenienda in manerio meo de Berwic assignaveram. Et hoc factum est concessione et assensu Guillelmi Marmion clerici filii mei cui antea easdem terras donaveram. Et sciendum quod ego et heredes mei hanc meam donationem prefatis monachis garantizare tenemur et defendere. Quod ut ratum et inconcussum teneatur in presentis scripti testimonio et sigilli mei appositione confirmavi.